


1,
**Tractatus de arte lo
quendi et tacendi.**



000042

568

Z BIBLIOTEKI
SEMINARIUM
SANDOMIERSKIEGO

GW 554

1BP 86

Compēdiolosus tractatus de arte loquendi et tacendi multū utilis.

¶ Quoniam in dicēdo mlti errāt

nec est aliquis qui lingua suā ad plenū valeat domare. beato iacobo hoc testāte. q̄ dicit. Natura bestiarū ⁊ serpētū. valucū ⁊ ceterorū domat̄ a natura hūana. s; linguam nemo domare potest. Ideo ego Albertan⁹ breuē doctrinā sup̄ dicēdo atq; tacēdo vno v̄siculo p̄prehēsas tibi filio meo Stephano tradere curauī. v̄sicul⁹ hic est. Quis. q̄d. cui dicas. cur. quō. quādo requiras. v̄ez q̄a hec v̄ba in hoc v̄siculo p̄prehēsa pōderosa sūt et generalia. et generalitas parit obscuritatē. vt ff. de iur. iur. l. ita fidere. Iō illa exponere ac p̄ modulo sciencie mee licz nō ad plenū p̄positū elucidare. Tu igit̄ fili carissime cum loqui desideras a temetipso incipere debes ad exemplum galli qui anteq̄ canter ter se cū alis p̄cutit ī p̄ncipio. Itaq; anq̄ spūs ad os tuū v̄ba p̄ducatur. te ipsū ⁊ omnia verba in hoc versiculo posita requiras. dico tibi vt nō solum queras a te ipso. s; requiras. i. itez queras. nam istud reiterationē denotat vt dicas req̄ras. i. itez queras. sicut enī repetere d̄z quis hoc est itez petere ita requirere dicitur quis. i. iterum querere.

¶ Quis es q̄ loq̄ris. h; quīz pūcta.

Primum punctum.

¶ Tu requires in animo tuo q̄siles q̄ loqui velis. vtz istō dcm̄ ad te p̄tineat v̄l nō. Si non illi dicto te immiscere nō debes. sicut enī p̄ leges. Culpa ē immiscere rei ad se nō p̄tinēti. vt dicit regula iuris. Ita culpa est loqui istud quod ad se nō p̄tineat. Vnde salomō in p̄uēbijs dixit. Sicut qui apprehēdit auribus canē. ita q̄ trāsit et impaciens p̄mittit̄ alteri⁹ r̄re. Et ihes⁹ fili⁹ sydiac dixit. Ne ea re q̄ te nō molestat ne ceruaueris. vñ quidā. Quod te nō tāgit hoc te nullaten⁹ angit. q̄

res tibi sumope notanda est. quoniam si de rebus ad te non pertinentibus
mimine curaueris. magnam cordis et animi tranquillitatem tibi propa-
bis quod egregie dicit metrista quidam. *Pacificat multum de paucis
sumere cultum.*

Secundum punctum

R Equiras teipsum a te ipso. an aliqua perturbatione animi
uis captus scilicet ira odio vel inuidia. aut sis ab animi passio-
nibus alienus. Nam si turbatus animus tuus fuerit a loquendo
abstinere debet. et motus animi perturbatos cohibebis. Ait enim tu-
lius viri est cohibere motus animi turbatus ac appetitus obediens
efficere rationi. et ideo tacere debet iratus. quod ut ait seneca. *Frater* nihil
nisi criminis loquitur. *Quare dicit Latio Frater* de re incerta pre-
tere noli. *Frater* impedit animum ne possit cernere verum. *Et alii dicit*
Lex videt fratrum iratus non videt illam. *Unde et* *Quid dixit* *Vice*
animi iraque tua que cetera vincis. *Unde et* *Tullius* dixit. *Frater* procul ab-
stine cum que nil recte fieri nil considerari potest. *Que* in aliqua perturba-
tione sunt. ea nec constantiter fieri possunt nec ab his que adsunt approbari.
Vide ergo quanta mala faciunt in homine passiones iste. ira odium in-
uidia amor tristitia libido. Ait enim *Salustius* omnes homines que de rebus
dubiis consultant. ab odio amicitia. ira atque misericordia. vacuos
esse decet. *Quoniam* non facile animus puidet verum. ubi hec officium. *Quare*
animus his passionibus turbatus non verum videt. quod sunt morbi ani-
mi ipsum execrantes. quod egregie testatur *Petrus* alfoicius dicit. *Natura* hoc
habet humana. ut animo que perturbato in vero falsoque discernendo dis-
cretionis caret oculo. *Et* si de ira irato atque iracundo scire volueris.
lege in libro quem composui de amore et dilectione dei et ali-
arum rerum de forma vite. in titulo de amicitia iracundi hominis vis-
tanda. *Etiam* certe cauere debet ne voluntas dicendi intantum se
moueat atque ad dicendum inducat. quod appetitus tuus rationi non con-
sentiat. Ait enim *salomon*. *Sicut* verba patens et sine murorum am-
bitu ita vir qui non potest cohibere spiritum suum in loquendo.
Unde etiam dici consuevit. *Tacere* qui uescit. *loqui* nescit. *Nel-*
cit ergo stultus loquitur quia tacere nescit. nam et quidam sapiens
interrogatus cur tantum taceret. an quia stultus esset. *Rondit*

Stultus tacere non potest. Alibi salomon dicit Aurum tuum et argentum tuum consta. et vobis tuis facito stateram. et impone ori tuo frenos rectos. Et attende ne forte labaris in lingua et sit casus tuus insanabilis in morte. Et iterum idem ait Qui custodit os suum custodit animam suam. Qui autem inconsideratus est ad loquendum sentiat mala. Etiam catho dixit Virtute prima puto preescere lingua. Proximus ille deo qui scit ratione tacere. **Tercium punctum**

R. Equiras te ipsum et a te ipso in animo tuo recogites. Quis es qui alium reprehendere vis. vel alijs dicere. vel utrum de simili deo vel facto valeas reprehendi. Nam dixit beatus paulus in epla ad Romanos. Inculpabilis es o homo qui iudicas. nam tempus committes si eadem agas que iudicas. Et in eadem epla subdit Qui ergo alium doces te ipsum doces. qui predicas non furandus furaris. qui dicis non mechandum mecharis. qui abhominaris ydola sacrilegium facis. deum inhonoras. Et catho dixit. Que culpate soles ea ne tu feceris ipse. Turpe est doctore cum culpa redarguit ipsum. Nam beatus medicus et male operari nihil aliud est quam se propria voce damnare. ut augustinus ait. Et alibi idem catho ait Alterius dictum vel factum ne carperis unquam. Exemplo simili. ne te derideat alter. **Utrum Gregorius** ait Qui bene docet et male vivit qualiter damnari debet diu instituit. Priusquam igitur alius culpes a vicijis similibus innocens esse cures. Quod idem Gregorius confirmat dicens Qui alium arguit de peccatis. a peccatis debet esse alienus. Exemplo christi qui mulierem in adulterio deprehensam absolvit et liberavit a pessimis iudeis. et qui accusabant et iudicabant peccatricem. cum ipsi met scelerosissime foret. Terreant hic iudices fornicarij. adulteri avari iniusti. tam spirituales quam seculares. De quibus ait salo. Iudicium durissimum fiet his qui presunt et sequuntur. quoniam potentes potent tormenta patientur. **Quartum punctum**

R. Equiras a te ipso intra te quis es qui dicere velis. Utrum bene doctus vel indoctus. Etiam quod dicere velis bene sapias alioquin bene dicere non valeres. Nam qui dicit sapiens interrogat. quomodo optime posset dicere. respondit **St**

Al ij

tantummodo dixeris quod bene scieris. Et Ihesus Sydrac. Si est tibi intellectus responde primo tuo sin autem sit tibi manus tua super os tuum. ne capiaris in verbo indisciplinato et confundaris.

Quintum punctum est.

R. Equitas quis erit effectus tue locutionis. nam quodam ab inicio videtur bona quam malum effectum habet. Quare igitur non solum principium sed etiam finem et effectum requirere debes. Vnde Daphilus dixit. principium finem spectat prudentia reum. finis principium habet omne decem. Verbi principium finem circumspecte ubi. Ut melius possis premeditare loqui. Sin autem verbum quod dicere velis dubium appareat. utrum bonum effectum habitum sit an non. silere debes potius quam dicere. Nam dixit Petrus Alphucius. qui fuit optimus philosophus. Si dicere metuas vnde peniteas. semper est melius non quam sic. Sapienter enim magis expedit tacere pro se quam loqui contra se. quia paucos vel neminem tacendo multos loquendo circumuentos vidimus. Quod pulchre voluit quod ait. Nil tacuisse nocet nocet esse sepe loquutus. Verba enim sagittis sunt quasi similia. facile dimittuntur difficile retrahuntur. que dici consuevit. Euolat emissum semel in irreuocabile verbum. Hoc vult Aresto. dicit. Quod semel dictum est amplius resumere non potest quam in dubijs melius est tacere quam dicere. sicut est in factis dubijs melius est non facere quam facere. ut ait Tullius dicit. Vnde preceptum est quod vetat agere quod dubites an equum vel inequum sit. Equitas enim pro se lucet dubitatio significatio pertinet iniurie. et alius dixit. Si quod dubites ne feceris. certe omne iudicium quod dubitatum fuerit fugi. Ad intelligetiam et expositionem huius doctrine quod multa notari possent sed ista quique puncta superius posita breuitate causa tibi sufficiant.

Sequitur de quid loqueris.

Preterea nota diligenterque cognita super hac doctrine quod sequitur videtur aliquid expositionis causa super hac doctrine quod habet decem puncta. Primum punctum

R. Equirere debes in primis. utrum verum vel falsum. Ait enim Ihesus Sydrac. Non omnia opera tua verbum verum predat te et ante omnem actum consilium stabile. Super omnia enim veritas est colenda. quam sola deo homines primos facit ipse deus. veritas sit ipse

61
fomet hoc testate cū dixit Ego sum via veritas et vita: Si ergo
loqui debeas veritatē omnimode dicas. mēdacia dolosa penit⁹
fugato. vii ppha. **D**s iusti meditabit sapientiā. ⁊ lingua ei⁹ loq⁹
tur iudiciū ⁊ veritatē v^l sententiā verā. vnde Salo. in Ecclesi.
Docius diligendus est fur q̄ assidu⁹ in mēdatio. Et ali⁹ dixit
Acq̄esce v̄itati siue a te plate siue tibi oblata. ⁊ etiā Cassiodo
rus **D**essima p̄uetudo ē despicere v̄itatez purā. in q̄ nihil imis
teat falsitatē. Nā vt idem ait **B**onū est vez si nō aliud ibi imis
teat aduersū. **I**dez intelligo etiā de simplici veritate. **A**it enim
seneca **O**ratio a⁹ qui veritati operā dat incomposita ⁊ simplex
esse debet. **I**ta ergo veritatē loqui debes vt dcm tuuz habeat
pōd⁹ iuris iurādi ⁊ nihil insit iter tuā simplicē assertionem et
iurisiurādūz. Nā vt ait seneca **D**cm qd nō habet sine iureiurādo
pondus. eius q̄ iurisiurādi pōdus vile est. **E**t itez idē dicit in
libro de forma honeste vite. nihil tibi intersit. an affirmes an iu
res. de religione et fide scias agi vbiq̄q; de veritate tractat nā
et si iureiurando deus nō inuocat. ⁊ inuocate nō sit testis. tamē
nō transeas veritatē. nec iusticie trāsillas legem. q̄ si aliq̄n cor
garis vti mēdatio. vttere nō ad falsitatē s; ad veri custodiaz. et
si cōtingit fidelitatē mēdatio redimere nō mētiaris. sed poti⁹ ex
cusaberis. qz tibi honesta causa ē. iust⁹ autē secreta nō pdit ta
tenda enim tacet et loquēda loquit. **A**tq; illa pax ē secreta tran
quillitas. veritatē ergo puram dicas et simplicē. ⁊ deuz roga vt
vbi mēdaciū lōge a te faciat. Nā et salomō rogauit deū dicēs
Rogauit te dñe ne deneges mihi añq̄ moriar. vānitatē et v̄ba
mēdaciū longe fac a me. mēdicitatem et diuitias ne dederis mi
hi. ne ppul⁹ gestate furer. ⁊ p̄iurez nomē dei mei. **E**t sicut ne de
bes loqui nisi v̄itatem ita nec facere. **D**ixit enī brūs paul⁹ in e
pistola. ij. ad Cor. **N**ō enī possum⁹ aduers⁹ veritatē loqui. sed
p̄ v̄itate. ⁊ talem v̄itatez dicas que tibi credat. **A**lioqui p̄ men
datio reputat sicut erouerso. vicez veri obtinet qd falso creditur
Et sō dixi sup̄ dolosū mēdatūz penit⁹ fugato. nō enī ē iudican
dus mēdax q̄ dicit falsū quod putat vez. quia quantum in ipso

est non fallit s; ipse fallit. *Ecōtra mentit̄ qui dicit esse verū qd̄ pu-
tat falsum. nec est libera mendatio qui ore nesciēs verū loquit̄
sciens aut̄ v̄itatez mēdit̄. Ut beat⁹ aug⁹ d̄t. vñ mens p̄traria v̄-
bis mendax ē et pestifera vt testat̄ Esop⁹. Dñe genus pestis su-
parat mens dissona v̄bis qua quidē peste mltū laborāt dignita-
tū cupidi. qd̄ p̄clare dicit salustius Ambitio mltos mortales
fallos subire coegit. aliud clausum in pectore. aliud in lingua
promptū habere.* ¶ **Secundū punctum.**

S Requies qd̄ dicere vis. vtz sit graue vtile ⁊ p̄fitabi-
le aut sit vanū et inane. v̄ba enī vtilia v̄tuosa et p̄fita-
bilis sp̄ dicere dēm⁹. inania vero penit⁹ silere. *Ait enī
Seneca de forma honestate vite. s̄mo q̄ tuus nō sit inanis. s; qd̄
aut cōsoleat̄ aut doceat aut p̄cipiat. aut moneat. Et paul⁹ in eplā
ad thimot. dixit p̄fana ⁊ vaniloqa euita.* ¶ **Tercū punctum.**

R. Equiras an dicas qd̄ rōnabile sit an irrōnabile. Rōna-
bilis vero sūt sp̄ dicēda. irrōnabilia v̄o sūt tacenda. Nā
qd̄ rōne caret nō potest esse diuturnuz. qui enī rōnem
secum portat totū mūdūz vincit. vñ scriptū est. Si vis vicere to-
tum mundum te subice rōni. Rōne enī muniēda est adolescen-
tia et etiā dici cōsuevit. Hñ adhibita rō cernit qd̄ oportunū sit
neglecta v̄o mltis implicat̄ erroribus. ¶ **Quartū pūctū est.**

R. Equiras vtz dicas qd̄ asperū vl̄ durū aut qd̄ molle dul-
ce vl̄ suauē dulcia enī v̄ba sūt p̄ferēda. p̄traria v̄o tacē-
da et penit⁹ obmittēda. Dixit enī ihesus sidrac. Tibi et psal-
teriū suauē faciūt melodiā. sup̄ vtraq; aut̄ lingua suauis. Et ite-
r̄ idēz dixit v̄bū dulce mltiplicat̄ amicos ⁊ mitgat̄ inimicos. vñ
et dici p̄suevit. Silva tenet leporē. sapiēx lingua leporē. Et p̄
phil⁹. Excitat ⁊ nutrit faciūdia dulcis amorē. Mollia etiā v̄ba ⁊
uō dura dicēda sūt. Ait enī salo. moll̄ s̄mo frāgit̄ irā. s̄mo q̄ du-
r⁹ suscitāt̄ furozē. Hoc idē Tullī⁹ p̄clare dicit. Nō facile dictū ē
q̄ntope p̄siliat̄ aios coitas. affabilitasq; s̄mois. ¶ **Quintū pūctū**
R. Equiras an dicas quid pulchrū ⁊ honestū an tpe vl̄ malū nā
plēbra ⁊ honesta verba dicenda sūt turpib⁹ et malis dimissis

5.
Aut enim beatus paulus in epistola prima ad Cor. Nolite seduci cor-
ruptis bonos mores colloquia mala. et alibi idem dixit in epistola ad
Eph. Dis sermo malus de ore vestro non procedat. Et iterum in eadem epistola
subdit Turpitudine aut stultiloquus aut scurrilitas que ad rem non
pertinet non nominetur in vobis. si cui decet sanctos. Et Seneca dixit
de formula honeste vite. A verbis que turpibus abstinetis. quia licentia
eorum in prudentiis nutrit. Et Salomon dixit. Homo assuetus in verbis in
propertiam non erudietur cito diebus vite sue sed spiritus in gratia sale sit con-
ditus. Aut enim beatus paulus in epistola ad Colos. Sermo vestro spiritus in
gratia sale sit conditus. ut sciamus quod oporteat unicuique respondere.

R Equiras ut quod dicas obscurus vel ambiguum. ¶ Sextum punctum
sed dicere debes clare et apertum. Dicit enim lex. Nihil inest ne-
gat quis aut taceat. an obscure respondeat quantum ad hoc ut in certum
dimittat interrogantes. Scripsit enim. Sanctius est mutum esse quam
quod nemo intelligat dicere. Hic est ut nemo sophisticiter loqui debeat.
sermo enim sophisticus obscurus est et deceptorius. Aut enim Iherosolymus
sydax. qui sophisticiter loquitur odibilis est et omni re defraudabit non
enim data est ei a deo gratia. ¶ Septimum punctum est

R Equiras ne quod iniuriosum vel contumeliosum dicas vel facias. Scripsit
tunc est enim multum iniuriat qui vni facit iniuriam. vnde Iherosolymus sydax dicit. Dis
iniurie proximi ne memineris. et nil agas in operibus iniurie. vnde Cassiodorus
Iniuriam vni? compensatio totam convertit. Et etiam paulus in epistola ad Colos.
ait qui enim iniuriam facit accipiet quod inique gessit. Et Seneca in epistolis. Ab
alio expecta quod alteri feceris. et hoc in alio de quolibet iniuria et con-
tumelia et maxime de illa que fit sub simulatione boni. a tunc enim Tullius nulla
maior ac capitalior est iniuria quam eorum que tunc cum maxime fallunt id agunt
ut boni viri esse videantur. Iniurie namque et contumelie tam pessime sunt ut
non solum civilibus signari noceant. sed etiam civitatibus et regibus. que ap-
terea distributio et mutatio paciatur. Nam ut ait Iherosolymus sydax. Reg-
num a gente in gentem transferunt propter iniusticias iniurias et contumelias. et non so-
lum a dicendo sed faciundo alteri iniuriam cohibere te debet atque cessare. sed etiam
alteri volenti dicere vel facere iniuriam. oblitus est deus si quomodo potes. Aut
enim Tullius in prologo. de officiis. Duo sunt iniusticie genera. vnum eorum que

ferūt iuriaz: alterz eoz q̄ ab his qb̄ inferi si p̄nt nō p̄pullant in
iuriaz: Et tantū viciū qui nō obstat iniuriati si potest. q̄ si parē
tes aut patriam aut amicos deserat Si cōmode possunt fieri
quia demū fieri posse dicūt q̄ cōmode fieri possūt vt lex nostra
dixit Si aut ali⁹ tibi inimriā dixerit tacere debes Nā vt ait au-
gustin⁹ in libro de sūmo bono Hlios⁹ tacēdo est iniuriā fuge
re q̄ rīdendo supare.

¶ Octauum punctum

R Equiras ne qd̄ irrisoriū dicas neq; de amico neq; de quolibet
alio Sēptuz ē em̄ Amico nec ioco ludere q̄dem liceat.
Et itez Bon⁹ amicus lesus grauius irascit̄ inimic⁹ aut p̄pter
derisiones de se factas tecū cito ad verba pueniret aut vbera
culibet aut irrisio de se facta displicet Irrisio facit vt amor in
eos minuit Et s̄m regulā amoris. Si amor minuat cito deficit
et raro cōualescit. et certe p̄pter irrisiones factas scito diceretur
tibi qd̄ nolles audire Nā dixit salo. Qui temere manifestat vi-
cia sua inrepestiue audiet crimia Et marcialis dixit Deridens
alios nō inderis abibis Et itez idez Si rideo aliū v̄ si rideris
v̄tz q; culpa ē in aure prius turpe. sequēs v̄o magē. Requiras
ne qd̄ dolosū dicas neq; sediciosū Dixit em̄ p̄pha. Di spdat do-
min⁹ v̄iuersa labia dolosa ⁊ linguā maliloquā Et idez p̄clare
q̄rit Quid dei aut qd̄ apponat tibi ad linguā dolosā. Et rīdet
v̄bo terribili dabūt sagitte acute potēt dei cū carbonib⁹ desolat
torijs Lauēduz tibi sūme ne aliqd̄ sediciosū dixeris. nihil em̄ ē
pnitios⁹ in ciuitate q̄ seditio vbi seditio ibi ciuiū diuisio Sed
vt ait dñs. omne regnū in se diuisū desolabit̄. et dom⁹ supra do-
mū cadet.

¶ Nonum punctum est.

R Equiras ne qd̄ supbū dicas Nam dixit salo. vbi fuerit sup-
bia ibi et cōtumelia. vbi aut humilitas ibi sapientia simul
cū glā Et iob Si ascēderit vsq; ad celos superbia ⁊ caput eius
nubes tetigerit. q̄st sterq̄linitū i sic p̄defmt ihs sydrac di. Adibit
est corā deo ⁊ hoib⁹ supbia ⁊ execrabit̄ ois iniq̄tas. ⁊ iterū ob-
iurgatio et i iurie ānullabūt s̄baz. ⁊ dom⁹ q̄ nimis locuples ē an-
nullabit̄ supbia Et itā clare ptz q̄ supbia facit hoiez odibile ap̄d

6
dic te longius ire q̄ disposueris Et si detulerit lanceas vade a
dextris si ensem vade a sinistris. ¶ Scdm̄ p̄ctuz est.

R Equiras vtz insipienti aut sapienti loq̄ris Alt̄ eni Sa.
In aurib⁹ insipientiuz ne loq̄ris qz despiciēt doctrinā
eloquiū tui Et itez vir sapiēs si cū stulto p̄cederit siue
frascat siue rideat nō iueniet requiē Et itez Nō recipit stultus
verba prudentie nisi ea dixeris q̄ vsantur in corde suo Et ishes⁹
sydzac. cū dormite loquit̄ qui narrat stulto sapientiā. ⁊ in fine
narrationis dicet q̄s est hic ¶ Terciu punctum

R Equiras ne cū irrisore loqueris Scptū ē em̄ Lū irris
ore p̄sorcū nō habeas loq̄le eius assiduitate quasi tox
ica fugias. Societas eius cui loq̄ris ē alterna affabilitas
Et salo Noli arguere irrisorē ne te oderit Argue sapiētez et te
diliget Et Sen⁹ dt̄ Qui corripit irrisorē ipse sibi iniuriā infert
qui arguit impium ipse sibi maculā q̄rit ¶ Quartū p̄ctuz

R Equiras ne cū linguoso vl̄ loq̄ci colloq̄uz habeas neqz
cū cinicis. i. latratib⁹ ⁊ mordacib⁹ Alt̄ em̄ p̄pha Vir
linguosus non diligenter in terra Et ishs sydzac dicit
Terribilis est in ciuitate sua homo linguos⁹. ⁊ temerari⁹ in v̄bo
suo odibilis est Et itez qui odit loquacitatē. extinguit maliciā
Et alibi idē dt̄ Lū viro liguoso ne loq̄ris in ignē ill⁹ ne p̄des
cendes ligna. ⁊ alibi idez ait Nec cū fatuis p̄ciliū habeas. nō em̄
possūt diligere nisi q̄ eis placēt Itē cū cinicis nō mltū loq̄ris.
Alt̄ em̄ tull⁹ Rō cinicoz penit⁹ abijciēda est Linos grece latie
dicit̄ cāis In cinici dicūt latrātes vt canes. de qb⁹ et silib⁹ dicit
domin⁹. Nolite picere margaritas inē porcos ¶ Quintuz p̄ctū

R Equiras ne cū maluiol mltuz p̄cedas Alt̄ em̄ aug⁹ Si
cut ignis q̄ntomagē ligna suscepit sp̄ in maiorē flāmaz
erigit Ita mal⁹ hō q̄nto magis rōnez audierit sp̄ in maliciā ex
citabit. vñ salo. In maluiolā aiaz nō intrabit sapiētia. gre. La
to dicit. Lōtra v̄boso s noli p̄cedē v̄bis Sermo dat̄ cūct̄ anti
mi sapiētia paucis ¶ Sextū p̄ctū est.

R Equiras ne de secretis cū ebrioso vl̄ muliere mala loquaris

Bi

dicit enim salo. Nullū secretū ē ubi regnat ebrietas. et ali? Bar
rultitas mulierū id solū nouit celare qđ nescit. Septimū pñtū ē
D Eniq; reqras quib? audiētibus aliqd loqris. scriptū ē
em. Prospice te circū si vis pferre sinistz. Ne liceat for
san qui maledicat tdez. Et certe mltā exā ad expōz et in
telligentia; hui? dcois. Cui pont pñt. s; ista in pñti tibi carissime
fili sufficiāt. Cur loquēdū sit reqrendū est. et sūt quiq; obfuāda
ūc accedam? ad expōz hui? aduerbij cur. 7 certe istud. Cur
causā reqrit. Requiras q̄ tui dicti cāz. nā sic in factz et facti
endis cā est reqrenda dicēte sen. Cuiuscūq; facti cāz reqre. 7 cū
ficiaueris. erit? cogitabis. ita q̄ in dicta cā est reqrenda. 7 sicut si
ne cā nil agit nec iracūdis fortuiz casib? implicat. vt Cassio.
dixit. Ita sine cā nihil dicē debes. Et sicut in q̄libet re pposita q̄
duplex cā repit. s. efficiēs material forāl atq; finalis. Ita 7 in
dicta nris q̄duplex cā q̄nq; repitur. Cā material p̄tinet sub qđ
formalis sub quō. Cā efficiēs p̄tinet sub q̄s. S; in pñti loquitur
mur de cā finali. quā causā q̄rim? p cur. Cā igit final tui dicti
sit aut p dei fuitio. aut p huāno p̄modo. aut p vtroq; aut for
te p amico. aut p omnib? p̄dicta. Pro dei fuitio. vt faciūt p̄di
catores seclares et spirituales. Pro huāno p̄modo vt faciūt cau
fidici 7 a'ij oratores. nā fm btm aug. lcz aduocato vēdē iustā
aduocatiōez. 7 iurispito vēdere iustū p̄titiū. Et h q̄n dīx vba p
huāno p̄modo reqras qđ sit p̄modū et q̄le. debz em eē pulchrū
nō turpe qz fm leges. turpia lucra sūt ab hominib? p̄pulsāda. q̄
re sen. dicit. Turpe lucz vt dispēdiū fugio. et ali? valde p̄clare
ait lucz cū mala fama dāduz ē appellandū et alibi septum est.
Mallē pdidisse q̄ turpit accepisse. Dz etiā p̄modū eē moderatū
Lōpōit em p̄modū ex cū 7 mō. nā vt ait cassio. Si comodū mē
furā excesserit vi sui nois nō hēbit. Dz etiā eē naturale. 7 q̄si cō
mune. i. cū p̄mō nō 7 aliēo. Alit em lex nature. equū ē nemnez
cū alteri? iactura fieri locupletiorē. qđ ait tul. neq; tior neq; do
lor neq; mors neq; aliud qđ extnsec? accidere possit. tā ē p̄ nas
turā q̄ ex alioz icōmodo suū augere p̄modū. 7 maxie de exigul

tate medici **A**it em cassio **U**ltra omnes credulitates e diuitem
 vel e fieri de exiguitate medici **P**ro utroq; aut. i. p dei fuitio r
 huano comodo dicunt vba sacerdotes r cllici seclares pncipalit
 p dei fuitio secundario p suo comodo **U**iuere em debet de alta
 ri vt decreta clamant **E**t etia paul⁹ in epla r ad **C**oz vbi dr
Qui altari fuit cu altari pncipalit Ita r dñs ordiauit his qui
 euageliu denunciat. de euā⁹ v ue debet **Q**uidā tñ clerici cāz puer
 tāt qz pncipalit faciūt r dicūt vba p huano comodo r p bois
 pbendis r scdario p dei fuitio qd facē nō debēt **L**ā vō dicē
 di p amico te mouē dz dū tñ vba sit iusta r hoesta **L**ex em as
 micitie fm tull⁹ hec ē. vt nō rogem⁹ res ipes. nec faciam⁹ rogari
 nō em p amico facē l⁹ dicē dēs qd ad pctm ptinet **N**ā fm reglaz
 iurie nō ē excusatio peccati si amici cā peccaueris **A**mici em ē
 mina si seras facis tua **E**t qd pl⁹ ē his peccat q pctō obsequium
 accōmodat. crimē sibi parat q nocētez adiuuat. nā soci⁹ fit cul
 pe q nocētez adiuuat. et maxie i re ipi duplex ē pctm **A**it em sen
In turpe re peccare bis ē deliquere **I**nopē vō amicū defedere
 debes vt ver⁹ defēsor dicaris **A**it em cassio. **I**lle pprie defēsor
 ē dicēd⁹ q defēdit inopez. **P**ro oib⁹ vō pdict libēt⁹ fūdas vba
 vilia scz p dei fuitio r huano comodo et amici vtilitate **E**t lez
 mlta exā ad expōz hui⁹ aduerbiū cur. dici valeāt hec breuitat cā
 tibi sufficiāt **Q**uō loqndū sit sūt quiq; modi obseruādi

P Redict aud. r intellect sup hoc aduerbio cur. **E**xpōnez
 et intellem audias hui⁹ dictionis quō **E**t certe istd quō for
 mā r modū reqrit q cū loqris modū dicēdi reqres **N**ā sic i re
 b⁹ mod⁹ ē fuād⁹. de q dici cōsuevit **D**ib⁹ adde modū mō⁹ est
 pulcerria v⁹ vltra em modū r circa modū nihil ē rectū **Q**d ml
 tū elegāt r pclare dr orati⁹ **E**st mō⁹ in reb⁹ sūt certi digniq; fies
Quos vltra ctraq; neqt pssitē rectū **E**t ita i dicta si mō⁹ omie
 tat. nihil laudabile poterit inueniri **A**it em **C**assio. mod⁹ vbiq;
 laudād⁹ est **M**od⁹ itaq; tu⁹ sit quiuplex videlez in pnūciatioe
 in velocitate. i tarditate. in qntitate. r in qualitate **U**icē dū ē q
 qd sit pnūciatio **P**ronūciatio ē vboz dīgtas reb⁹ et sētib⁹ accō

l. 54

modata et corporis moderatio Hec enim intantum excellit ut se
cuduz sententiaz marci tullii q̄ indocta oratio laudat̄ sequit̄ si opti
me ferat̄ Et quauis expolita sit si indeceter dicat̄ p̄ceptuz irrisio
neq̄ mereat̄ Inpro: nunciatioe itaq̄ p̄mū exerceri debz vox et spi
rit̄ moderatio corporis et lingue mot̄ vitia q̄ si q̄ sit oris diligē
ti cura emēdāda sūt ne p̄ba sit inflata. v̄ alienata. v̄ in faucib̄
frēdentia nec vocis. immatate resonātia. nō aspa frēdentib̄
habitātib̄ labijs plata. s̄ p̄ssim etleq̄lit̄ v̄ leuit̄ et clare p̄nūcia
ata. vt suis q̄q̄ materie sonis enūctient̄. et vnūq̄q̄ p̄bū legitti
mo accētū decoret nec immoderato clamore vociferet̄ nec ostē
tationis cā frāgat orō. v̄ p̄ locis reb̄ caus̄. et t̄pib̄ dispēsan
da est Nā aliq̄ simplicitate narrāda sūt Aliq̄ autoritate suadē
da alia cū indignatioe dep̄mēda alia miseratioe flecēda ita vt
vox et orō sp̄ sue cause cōueniant Sequit̄ q̄ vt q̄ leta sūt. leto vul
tū p̄nūciabūt. q̄ tristia. tristi vultu. q̄ crudelia minaci vultu di
cēda sūt Q̄d p̄clare docet Oratī dicēs Tristia mestū vultū
verba decēt iratū plēa minaz Ludētez lasciuia. seuez̄ seria dici
ta Obseruāduz ē etiā vt sit recta facies. ne labia detorqueātur.
nec magn̄ hiat̄ nec supin̄. i. supress̄ vult̄ nec deiecti in tra
cult. et inclinata ceruix. nec eleuata aut dep̄ssa supcilla qz nihil po
test placere qd̄ nō deceat. et fm̄ Tulliiū Caput arx ē dicere. qd̄
deceat labia labere v̄ mordere ē deforme Cū etiā in dicēdis v̄
bis mod̄ esse debeat. ore nō magē q̄ labijs loquēduz est. dicē
da q̄ sūt s̄missa leuit̄ matura gūiter iuxta moderate Cū m̄
na dicim̄ gūiter p̄ferēda sūt. cū etiā p̄ua dicim̄ humiliter cū
mediocria temperate. nā etiam in p̄uis causis nihil grande ni
hil sublime dicēduz ē. s̄ leui ac pedestri more loquēduz est In
caus̄ vero maiorib̄ vbi de deo v̄ hoīm salute referim̄ pl̄ m̄
nificencie et fulgoris est exhibēduz In p̄par̄ vero causis vbi ni
hil agit nisi vt auditor delectet. moderate dicēduz ē S̄z noūdu
ē q̄ q̄uis de magnis reb̄ q̄sq̄ dicat nō t̄n sp̄ magnifice dicē de
bet Nā vt autor ē seneca de formula honeste vite Lauda p̄ce
vitupa p̄cius S̄ilr̄ rephēdēda est nimia laudatio sicut imode

rata vituperatio illa em̄ adulatione hec malignitate suspecta est
 in p̄ntia aut̄ sui aliquis laudari nō debz. Sc̄ptuz est em̄ Lau-
 dare p̄ntez nec ledere decet absentē. In velocitate ⁊ tarditate si-
 milit̄ modū req̄ras. vez tñ aliud in dicēdo est q̄ in faciēdo. non
 em̄ debes esse velox ad loquēduz. s̄z tard⁹ cū moderamie cōpetē
 ti. At em̄ bt̄us iacob⁹ i epla sua. Estō velox ad audiēduz. tard⁹
 vō ad loquēduz ⁊ tard⁹ ad irā. Et salo. dicit. Vidisti hoīez ve-
 locē ad loquēduz. stulticia sperāda ē magē q̄ illi⁹ correctio. Et
 castio. Nec ē regal. p̄culdubio v̄r. tard⁹ in v̄ba pr̄p̄e ⁊ cele-
 rius necessaria s̄ētre. S̄l̄r in iudicādo tard⁹ eē debes. Sc̄ptuz
 ē em̄. Optimū iudicē existimo qui cito intelligit ⁊ tarde iudicat.
 In etiā dici cōsuevit. Ad penitēduz p̄erat qui cito iudicat. Lō-
 petēs em̄ moza in talib⁹ nō ē re pbāda. vñ q̄daz dicit. Moza
 ois odio ē s̄z facit sapiētez. Pariformit̄ i cōcilijs req̄ras tarditas-
 tem ⁊ nō velocitatez aut̄ festinantiaz. In deliberādo em̄ vtilia
 moza ē tutissima. Sc̄ptū est em̄. De cōcilijs q̄ din tractaueris
 id puta rectissimū. velox em̄ cōciliū sequit̄ penitētia. ⁊ itez tria
 sūt cōtraria concilio. festinātia ira et cupiditas. In faciēdo aut̄
 post deliberatiōez velocitatē exercere debet. At em̄ s̄ñ. in eplis
 Min⁹ dicitō q̄ facias ⁊ diu deliberato cito facito. Celeritas
 em̄ bñficiuz gratū facit. Hoc pulchre dicit salusti⁹. Quisq̄ inci-
 piat cōsulito. ⁊ vbi cōsulueris mature facto op⁹ ē. Et salomon
 Vidisti hominē velocē in opere suo. coraz regib⁹ stabit. nec erit
 inter ignobiles. Et ihs sidzac. In omnib⁹ opib⁹ tuis velox esto
 et omnis infirmitas nō occurit tibi. Nō tñ tāta velocitatem ex-
 erceas. q̄ in operib⁹ p̄fectiōez impeditat. In quantitate insuper
 modū requiras nō multa dicēdo. Nā in multiloquio nō deest
 peccatū. Et salo. in eccias. dicit. Multas curas sequūtur somnia
 et in multis sermonib⁹ inuenitur stulticia. Et alibi idēz. In om̄i
 tēpore bono erit abundantia. vbi aut̄ sūt verba plurima ibi fre-
 quēt̄ egestas. et S̄ñ. Nihil eque p̄derit nisi quiescere. ⁊ cum
 alijs loqui minima. secū multa. Moderate tñ loqui ⁊ tacē dēs.
 Dicit em̄ p̄p̄bilus. Nec nimis taceas nec verba supflua dicas.


Audias ergo plima rñdeas v̄o pauca Nam vt ait Socrates
In omnib⁹ placere poteris si gesseris optima et locut⁹ fueris
pauca In qualitate deniq; loquendi moduz requiras. scz dicēs
do bene Scriptū est em̄ Principiū amicitie ē bene loqui. male
dicere v̄o est exordiū inimicitiaz Dicēda igit sunt v̄ba leta. ho
nesta. lucida simplicita. p̄posita. plano ore. vultu quieto. facie cō
posita. sine immoderato cachinno clamore nullo pf̄rendo. De
quib⁹ salo. dicit fauus mellis verba p̄posita. dulcedo anime et
sanctas ossium Et hec ad expositionez et intelligētiaz hui⁹ dic
tionis quomodo dicta sufficiant.

Qua r̄do loquendū et dicēdū sit et q̄ ordine.

SUpeſt deniq; videre de intelligētia et expōne hui⁹ aduerbiū
quando. certe istud quādo tempus requirit Requiras ergo
diligent tempus dicendi simul et ordinem Ait enim ihs sydrac
Homo sapiens tacebit vsq; ad temp⁹ lasciuus aut et imprudēs
nō obseruauit tempus Seruando ergo tempus seq̄ris v̄bz sa
tempus dicendi. tempus tacendi Magna em̄ res est vocis et si
lenciū temperamētuz Un̄ Sen. dicit Serua itaq; silentiū donec
loqui tibi fuerit necessariū et nō solū tuū silentium serua sed etiā
alioz silentium expecta Expectare q̄ debes dicendi tempus do
nec tibi p̄beat audituz Ait enim ihs sydrac. vbi non es audit⁹
non effundas sermonez. ⁊ importuna noli extolli in sapiētia tua
Importuna em̄ est narratio tua quādo tibi nō p̄bet audit⁹ et ē
quali musica in luctu. Nā vt idez ait. musicā in luctu. importu
na narratio. Et qui narrat verbū nō attēdenti quasi qui se exci
tat dormientes a graui somno Et nō solū in dicendo alijs. sed
etiā in rñdendo temp⁹ expectare debes Nā scriptuz est Ne p̄
res rñdere donec finis fuerit interrogātis. Nā vt ait salo. Qui
prius respōdet anteq̄ audiat. stultū se esse demōstrat. ⁊ p̄fusioe
dignuz Sitr q̄ prius loq̄t anq̄ discat. ad cōtemptuz et irritōez
p̄perat. vñ ihs sydrac dicit An̄ iuditiuz para iusticiā Et anq̄ lo
quaris discē singla Ergo suo loco et tempore dicēda sūt. p̄poste

9.

ro ordine penit⁹ obmisso Nam si de p^odicatiōe loqui desideras tē
pore congruo prius historiam dices que docet rem gestam.
Postea vero allegoriā que docet mysticuz sensum ad celestiam
militātem p^otinentez Tercio vero tropologiaz que ē ad informa
tionem bonoz moꝝ Si vero de epistolis tractes primo loco po
ne salutationez secundo exordium tercio natiuitatez quarto pe
nitētiōez et quinto cōclusiōez Si autem de p^otionādo in ambascia
tis faciendis studeas primo loco et t^o salutiōez dicas Se
cundo vero p^omendatiōez tam illorū ad quos ambasciata dirigit
q̄ socioꝝ tecum ambasciataz p^o antium siue narratiōez ei⁹ qd
tibi impositu fuerit Tercio facis exhortatiōez dicēdo suasoria
verba ad consequendum id qd p^ostulatur Quarto in omni p^o
stulatione allegando modum q̄ id quod postulatur fieri valeat
Quinto iudices exempla de rebus in similib⁹ negocijs factis et
obseruatis Sexto denique assignabis sufficiētes rationez ad p^o
dicta omnia Et hoc facias ad exemplum gabrielis archangeli
qui cū missus esset a deo ad beatam virginem Mariā Primo
posuit salutiōem dicens Ave gratia plena dominus tecuz be
nedicta tu. 2^o Secundo p^ofortatiōez siue exhortationem sibi dicit
de deo ne timeas Maria. 2^o Quā exhortationez p^oposuit arch
angelus demunciationi Et ideo qz beata maria turbata fuerat
in salutatione archangeli Tercio vero posuit ammiratiōez di
cens Ecce concipies in vtero et paries filium. Quarto posuit
modi expressionez cum dixit spiritus sanctus supueniet in te et
virtus altissimi obumbrabit tibi. Quinto posuit exemplum cuz
dixit Ecce elizabet cognata tua pariet filium in senectute sua.
Sexto assignauit sufficiētes rationez ad predicta. cū dixit quia
non erit impossibile apud deum omne verbum Si autem de
legib⁹ et decretis tractare volueris primo tempore et loco litte
ram ponas. secundo casum. tercio littere expones quarto siliā
quinto p^otraria. sexto solutiones Et sic de qualibet sciētia que
ad eam pertineant secundum prius et posterius sunt dicenda:



Hec deniq; exempla super hoc aduerbio quādo tibi ad preses
 dicta faciāt Tu autē ex ingenio tibi a deo p̄dito mlt̄a sup hoc
 et super libet v̄bo huius v̄siculi Quis qd̄. 2c. p̄ tue volun
 tatis arbitrio poteris cogitare Nā sicut abecedario omnes scrip
 ture volunt ut sup hoc dicto v̄siculo Quicquid dici v̄l taceri
 debet fere posset in lecti Hanc igit̄ doctrinā suploquēdo v̄l ta
 cendo breui et comprehensar tibi et alijs fratrib⁹ tuis literatis
 scribere curavi qz vital̄. et pot̄ in loquēdo v̄l in dicēdo
 q̄ in faciēdo assistit Seneca c̄ testante qui ait Culpa ē mini
 me cōueniēs literato viro o p̄atio exercēdi laceratos et dila
 cerādi v̄tutem Si autē etiā faciēdo volueris habere doctrinā
 nam detrahatur de hoc v̄siculo istud v̄bū dicas et in loco illius
 ponas hoc v̄buz facias Un. dicat Quis quid cur facias cul
 quō quando requiras Et ita vere omnia que dicta sūt supra et
 multa alia poterūt ad v̄bum facias aptari vtiliter His deniq;
 auditis circa predicta exercitatione intentissima et frequenti vsu
 teipsum exerceas Nā exercitatio ingenij et naturā sepe viuic̄ et
 vsus omnium magistroꝝ precepta superat vt valeas doctrinā
 dicendi ac faciēdi in promptu habere Deum insuper exora q̄
 mibi donauit predicta tibi narrare vt ad eterna gaudia nos fa
 ciat peruenire. **A M E N**

Explicit libellus de doctrina loquēdi et tacēdi ab Alb-
 tano causidico p̄xiensi ad instructionem filioꝝ suoru
 compositus. Impressus ac finitus Lipsi Anno do-
 mini M^o. cccc^o. lxxxix^o secūda feria ante viii.

Sig. huius in concessus usus Lang
 2. BIBLIOTEKI
 SEMINARIUM
 SANDOMIERSKIEGO

